Minasowicz Jos. Ep. S. Adalbertus per praecipua actorum suae vitae capita brevibus metris celebratus.

Ad usum Bibliothecae Almae Universitatis Cracovien.
hoc, quod est opellae, d.d.d. Autor.

555.

S. ADALBERTUS

GNESNENSIUM ARCHI-PRAESUL DIVINISSIMUS.

REGNIQUE POLONIAE


PRINCEPS PATRONUS.

Per præcipua actorum vitæ suæ capita

BREVIBUS METRIS.

SIVE EPIGRAMMATIS DESCRIPTA.

CELEBRATUS.



VARSAVIÆ

1784.

JN

NOMEN ET STEMMA

JLLUSTRISSIMI KIJOVIENSIUM

PRAESULIS.

Aurea dona ferens GASPAR, Te nomine Præsul
Signavit : clarum stemma COLUMNA dedit.
Aurea sæcla Tibi portendit nominis omen,
At patriæ columen Te fore, stemma notat,

JLLUSTRISSIMO

EXCELLENTISSIMO

ac

Reverendissimo Domino

GASPARO COLUMNA

CIECISZOWSKI

Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ

EPISCOPO

Kiioviensi & Czerniechoviensi: *Præposito Jnfulato* Miechoviensi *Regii Ordinis* S. Stanislai *Equiti &c. &c.*

PRÆSULI.

Si pietatem & vitæ integritatem spectes,
SACERRIMO:
Si doctrinam legibus prudentiæ temperatam,
JN PAUCIS NUMERANDO:
Si Justitiam in Sacris Dicasteriis,
THEMIDIS ORACULO:
Si morum elegantiam, animique culturam:
CULTISSIMO: POLITISSIMO:
Si oris verecundiam, svavitatemque sermonis,
MODESTISSIMO : AFFABILISSIMO :

atque ut paucis multa confignem,
præclaris omnibus animi ac ingenii dotibus
ORNATISSIMO.

JOS. EPIPH. MINASOWICZ
Eccl: Cathed: Kiiovien: Canonicus
aufpicatiffimum EIDEM ad Cathedram fuam ingreffum
gratulans,
Omnia faufta, omnia læta, omnia prospera,
devotifs: animo precatur.
Hocque de D. ADALBERTO exiguum Carmen,
exigui quidem ingenii, fed non exigui affectûs & voluntatis indicium:
Gratique animi & fummæ obfervantiæ monimentum:
Senex feptuagenario proximus,
DICAT CONSECRATQUE.

S ADALB.

S. ADALBERTUS
PRAGENSIS primùm, GNESNENSIS dein
ARCHIEPISCOPUS ET MARTYR.
REGNI POLONIAE PATRONUS.

I.

Nafcitur patre Sławnik, *Comite in Libicz* (*a*).

Si quid habet laudis, magno de fangvine nafci,
Et cumulant aliquod ftemmata clara decus:
Nec tibi, magne Puer, titulos Lucina negavit,
Quos tua purpureo fudit origo finu.
Integra te Comitum comitatur curia natum,
Quomodo te famulus non comitetur honor?

II.

Matre Strzeżyfławâ. (b)

Nolo tuas fervet, ftirps ô clariffima! cunas,
Hesperidum fervans aurea mala draco,
Attineat Phrygiis Corybantes Ida cavernis,
Ut puerum fervet turba miniftra Jovem:
Hesperio cùm fis fructus pretiofior auro,
Et fuperes celfo mentis honore Jovem;
Ne pereas, alium vigilem tibi providet æther.
Nempe fuo cuftos nomine mater erit.

A

[a) Henrici *I. Imp. cognomento* Aucnpis, *ex germana forore nepote,*
(b) Boleslai *I. Principis Bohemiæ filiâ,*

III.

Jn idem.

Sis fecura tuæ dominans Ecclefia famæ,
Ut velit, hanc Stygius tollere prædo nequit.
En tibi tam cari cuftodem pignoris Argum,
Providet addicti follicitudo poli!
De *Strzeżyſława.* (c) Rofeus (d) qui nafcitur Jnfans,
Argus erit famæ, vate parente, tuæ.

IV.

Æger Virginis Deiparæ patrocinio commendatur & convalescit.

Invidus è terris ut te fubduceret æther,
Parvula lethiferam mifit in ofsa febrim.
Jamque gravante malo, fteteras in limine mortis,
Ni tibi fubfidio Virgo MARIA foret.
Vidit ut illa tuum nocuo difcrimen ab æftu,
Ne metuas, inquit, non moriêre Puer!
Ut male flagrantis cures incendia mundi,
Febribus ipfa tuis nunc medicabor ego.
Tum demùm vifes ftellantis littora Cœli,
Dum Sacrum feriet nautica tonfa caput.

V.

Jn idem.

Jnvolat occultus furtim tua corpora morbus,
Spargit & ardentes tota per ofsa faces.
Quidquid agat Chiron, rabidos non mitigat ignes,
Prævalet & medicâ grandior æftus ope,
Anxia tum genitrix ad proxima funera nati,
Divinæ Matri fupplicat: affer opem! ..
Jfta tuos æftus, tua curat vulnera Mater,
Jfta fit indomito certa medela malo.

(c) Strzeżyſława *ex Pol. aut, ſi mavis, Bohem. idem quod* cuftodiens famam.
(d) *Armorum* Rofa, *vulgo* Poray.

Altera te genuit vitæ, dedit altera vitam;
Quæ dedit, an non hæc jure priore Parens?

VI.

Jn idem.

Ut tibi reftituat fugitivam, Pufio, vitam,
Deficit ingenio, deficit arte Pœon.
Sic ubi delusâ medicus nil proficit arte,
Mater opem pofcit, Virgo MARIA! tuam.
Audiit hæc lachrimas, providit pharmaca morbo,
Atque ægrum fubitò convaluifse iubet,
Reddis ADALBERTO vitam Sanctiffima Virgo!
Quid mirum? Vitæ diceris, esque Parens.

VII.

Jn idem.

Virgineæ genitrix ægrum vix devovet aræ,
Cùm domat invifam, Virgo miferta, luem.
Protinùs exacti fugiunt è corpore morbi,
Cur fugiunt? ara hæc, arrha falutis erat.

VIII.

Totum pſalterium ediſcit, antequam domo patris egrediatur.

Jam te fuccrefcens annis & moribus ætas,
Privatæ iuffit linquere tecta domûs,
Jam vigor in lucem latebris prodire ciebat,
Nobilis egregiâ dexteritate vigor.
Sed Pater in folem quàm te dimittat ab umbris,
Regia Davidis difcere metra iubet.
Obfequeris, iufsufque pii genitoris adimplens,
Jéfsœum properas condidicifse melos.
Traxerit auritas olim chelys Orphea sylvas,
Tu melico Regis carmine fceptra trahes.

IX.

Magdeburgensi Episcopo erudiendus traditur.

Quæsiit ALBERTUM patriis spes publica tectis,
Qui iam Præsuleâ cœperat esse domo.
Sed quia non reperit, magnatum inquirit in aulis:
Quò meus ALBERTUS, quò meus ivit amor?
Mox adit & Regum postes, sed Regia dixit;
Non hic, ast alio quærere perge loco,
Pontificum demùm per sacra palatia quærit,
Hocque suum reperit sub lare læta decus.
Tunc ubi Præsuleis te vidit in ædibus, inquit:
Magne Puer! pilei gemma bicornis eris.

X.

Episcopus illi, suum Adalberti *nomen, in confirmatione imponit.*

Ex quo Præsuleæ fuerat concreditus aulæ,
Integer emensis mensibus annus iit.
Dotibus hic tantis effulsit, & indole tantâ,
Præsulis ut summo dignus amore foret.
Qui dum mente agitat, quali testetur amorem
Munere, quæ meritis præmia digna ferat?
Præsuleum nomen tibi dat pro munere: quod iam
Tum tibi præsulei muneris omen erat.

XI.

Pragensium Episcopus designatur.

Rectorem viduæ dum quæris, Praga, Cathedræ,
Pastoremque, tuâ qui regat urbe, gregem;
Sollicitæ curam, pia vota, precesque gementis,
Detulit ad Latium, nuntia fama Tybrim.
Qui tua vota volens impleri Præsule grato,
Pastorem, ALBERTUM, iusserat esse gregis:
Cùm bonus (inquit) odor sit Christi, sit tibi quidni,
Gratus? gentilis gratus odore Rosæ.

XII.

Dæmoniis reclamantibus.

Vocibus insonuit ferè tota Bohemia lætis,
Dum tua Præsuleus tempora cinxit apex.
Unicus, hæc inter gemeret qui gaudia, mæstus,
Et stridulis fremeret dentibus, orcus erat.
Scilicet extimuit nova fonti verbera tergo.
Dum tua dextra pedum pontificale capit.

XIII.

Pragam vili equo invehitur.

Jam tibi Præsuleam concessit Roma tiaram,
Pastoremque, suum iussit adire gregem.
Cùm tibi nescio quis vanus svadere: Cathedram
Ut pompâ splendenti ingrediare tuam:
Currus uti fulvi rutilet fulgore metalli,
Sexiiugis currus conspiciendus eqvis.
Ardeat in frænis adamas, iuba fulgeat auro,
Argentum in soleas arcuet arte faber.
Hoc Sangvis Comitum iubet, hoc iubet infula princeps,
Poscit & introitûs publica fama tui.
At tu: cùm Solymas Princeps meus intret asello,
Me ferat auratis rheda superba rotis?
Si volo palmarum virides celebrare triumphos,
Me quoque, qui Dominum, vilis aselle vehe!

XIV.

Fræno cannabeo utens.

Aurea fræna alibi, vector sessore superbus
Fulvis & phaleris, ore remordet equus:
At tibi non mandit gemmata capistra veredus,
Rustica quem tortâ cannabe fræna regunt.
Præscius ad brutos te gressum ferre Bohemos,
Effræni portas apta capistra gregi.

XV.

Pedes adit Cathedram.

Attigeras Præſul Pragam divine biurbem,
 Ut caperes Cathedræ jura decuſque tuæ.
Obvjat effuſo numeroſior agmine Clerus,
 Cùm peditem Sacram cernit adire Domum,
Noſcite Paſtorem: premat ut veſtigia vulgus,
 Huic præit exemplo prodromus ipſe ſuo.

XVI.

Quartâ parte proventuum contentus.

Annua quos cenſus tibi convehit orbita Præſul,
 Provida quadruplici dextera parte ſecat.
Tres inopi vulgo cedunt in munera partes,
 Quarta tuam tenui providet ære penum.
Ne poſthâc Charitum triplex, ſit fabula, nexus:
 Tripliciter Charitas diſtribuendo facit.

XVII.

Dies media prandentem, nox media dormientem nunquam vidit.

Se medio quamvis Titan libravit in axe,
 Delibas medio fercula nulla die;
Luna pigris medium ſubiit iam bobus olympum,
 At tibi non mediâ nocte petita quies.
Cur ſolitas medii non ſerves temporis horas?
 Jn ſummo virtus iam tua quippe fuit.

XVIII.

Jn lapide quieſcit.

Quàm vigili proprium curâ cuſtodis Ovile:
 Teſtatur capitis culcitra, nempe lapis.

XIX.

Jn idem. Piratica Stygis.

Velivolis nuper ſulcabat claſsibus æquor,
Ad rapienda polo lucra, pirata Satan.
Navis erat livor: mundus mare: vela cupido:
 Eumenides nautæ: Typhis at ipſe Satan.
Sic ubi prædator vehitur feliciter orci,
 Et ſibi non dubias iam fore ſpondet opes.
Vidit Adalbertus, quid latro tentet averni,
 Atque gemens: ô banc perdite ſaxa ratem!
Dixit; mox lapidem rapiens, ſub tempora ſternit.
 Ut ſtygiæ ſcopulus ſit lapis iſte rati.

XX.

Ob ſcelera populi, Cathedram deſerit.

Morigeram vovit tibi plebs concredita mentem,
 Vovit & ad nutus flexilis eſſe tuos.
Cùm ſimul, inſano furiata recalcitrat oeſtro,
 Tendit & omnigenis carbaſa plena malis:
Sanctior ad vetitum coelebs ruit ordo Thalaſsum,
 Thaide multiplici tæda marita calet.
Chriſticolas pretio coëmit recutitus Apella,
 Polluit agnatos cæca libido thoros.
Pæné Thyeſteas fert cruda Bohemia menſas,
 Quid mirùm? quod tu Sol fugis hocce ſolum.

XXI.

Hieroſolymam ſe confert.

Sponte tuus Præſul Solymas abit exul in oras,
 Dum quodvis donas urbe, Boheme, ſcelus.
Nempe ardens profugam populo revocare ſalutem,
 Migrat in has partes, eſt ubi nata Salus.

XXII.

Jn idem.

E patria profugus, Solymam deſcendis ad urbem,
 An cupis hic pariter pro grege ſonte mori?

XXIII.

Quinquennio se abdit in quodam D. Benedicti monasterio.

Dum maledicta fugis populi delicta Bohemi,
  Ad Benedictinos traiicis inde lares.
Hic tibi pro patrio stationem deligis orbe,
  Hoc messes quinas transigis inque loco.
Dulcia delectant hîc te consortia vitæ,
  Quæ nimis in patrio fluxit amara solo.
Cur legis ante alios Benedictum, Dive, Patronum?
  An vis, ille tuas ut benedicat oves?

XXIV.

Revertitur ad suos, atque iterum abit.

Anxia pupillam cruciabant tædia Pragam,
  Quod sine te tristes duceret orba dies.
Crebra perorabant lachrymis suspiria fusis;
  Redde iubar nostro, Sol fugitive! polo.
Percipis invitus simulati verba doloris,
  Et repetis verso tecta relicta gradu.
Sed citò pertæsum revocas à limite gressum,
  Cur? quia non Præsul gentis, at exul eras.

XXV.

Transit ad convertendam Hungariam.

Ceu qui Caucasiis mandat sua semina saxis,
  Sic tua nil fructûs sollicitudo tulit.
Constitit immenso tibi vinea culta labore,
  Germina sed sterili palmite nulla dedit.
Effuso quoties illam sudore rigasti,
  Nil tamen ad fructum contulit iste latex.
Dum tua formosos expectant vota racemos,
  Labruscas sterili vinea reddit agro.
Ergo ad Pannonias contendis, Apostole, terras,
  Proventu sperans uberiore frui,

Et

Et bene: fœcundo tellus quæ frondet iaccho,
  Virtutum similes proferet illa botros.

XXVI.

Inde in Poloniam.

Semine iam fidei suscepto, Pannonis ora
  Præsuleæ dederat gaudia mille spei.
Jam probitas crebris gemmabat adulta racemis,
  Jam lachrymæ liquido profluêre mero.
Pampinus in flores abiit, flos protulit uvas,
  Sudavit succis uvaque pressa suis.
Hinc iterùm fervens studio, nova tendis in arva,
  Sarmaticamque petis gnavus arator humum.
Nec sterili Lechicos sulcasti vomere campos:
  Panno botros, messem terra Polona dedit.

XXVII.

Archiepiscopus Gnesnensis creatur.

Hic, ubi sunt Lechici prima incunabula regni,
  Est urbs, à nido nobile nomen (e) habens.
Hic quoque Tarpeïâ nuper transmissus ab arce,
  Præsuleus primùm nidificavit honor.
Vittatos aliquot numeravit iam sacra Mystas
  Infula, iam sedit fronte, Roberte, tuâ.
Sed tibi Præsulei stamen præcidit honoris
  Atropos, inde vacans morte curulis erat.
Quis capiat fasces? dum Rex deliberat anceps:
  Præsul ADALBERTUS denique, dixit, erit.
Qui fidei nidum spatiis ingentibus auxit,
  Huic tu Gnesnensis cinge tiara caput!

(e) Gnesna, *Polonis* Gniezno, *quasi* Gniazdo, *quod nidus Latinis.*

XXVIII.

Hymnum Theotocos (Bogarodzica) *Virgini Matri dicatum, inque bellis olim ante conflictum à Polonis occini solitum, componit.*

Irruit in Lechiam quoties hoſtilis Enyo,
  Supplicat Aemonio Lecchia tota Deo.
Audiit ALBERTUS, quod Sarmata numen adoret,
  Quæ præeat pugnas teſsera lecta truces.
Ne poſthac igitur vocet in ſua vota Gradivum,
  Subſtituit ſicto numina vera Deo,
Virgineæ Matri concinnans carmine laudes:
  Hâc, ait, Auguſtam ſollicitate prece:
Quæ ſtygias acies vicit, vim fregerat orci,
  Vincet & hoſtiles auxiliata globos.

XXIX.

In idem.

Super illud: *terribilis ut Caſtrorum acies ordinata.*

  Dimicet ut Lechicus fauſtis exercitus armis,
  Virginis hunc laudes ore ſonare iubes.
Nempe quis infeſtos felicius opprimat hoſtes?
  Quàm quæ terribili nomine caſtra gerit.

XXX.

Evangelium prædicans in Pruſſia, remis occiditur.

Jam Fidei lumen geminis accenderat oris:
  Nempe tuis Panno! Sarmata nempe tuis!
Cùmque Deo plures agitat conquirere terras,
  Quas tibi ſubiectas Parrhaſis urſa vides.
Eripitur terris ſubito mox turbine: namque
  Pontificem remis Pruſſia ſæva necat.
~~Jam~~ pete Nauta polum: dat barbara Pruſſia remos,
  Proque ſide fuſus dat tibi ſangvis aquas.

XXXI.

Corpus ejus in libra auro contrà appenſum, dum à Rege Boleslao redimitur, vix aliquid ponderat.

Audiit immanis facinus crudele Boruſſi
  Rex pius, & mæſtis ora rigavit aquis.
Jam voluit rabiem juſtis ulciscier armis,
  Sed placuit tandem vim cohibere morâ.
Ut tamen exuvias truculento tollat ab hoſte,
  Decernit pretio nobile pignus emi.
Impoſitum libræ dum contra penditur auro
  Corpus, vix credas, quám leve pondus erat,
Pro cumulis auri (quos nempe vorabat avara
  Iam ſpes) vix aliquot ponderat unciolas.
Contulit has illi cæleſtis gloria dotes,
  Queis gaudent Divûm corpora ſancta polo.